Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

O.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

Visual Library

Viuebat Francofurti ad Mœnum anno ſalutis 1614.

Menradus Moltherus, Germanus, Lutheranus, edidit

Romanorum Pontificum Catalogum.

Vixit anno Domini 1546.

Michaël Dunkius, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Antichriſto reuelato aduersùs Romanum Pontificem. Nuremburgæ anno 1632. in 4.

Michaël VVendlandus, Gryphenbergenſis, Germanus, Lutheranus, edidit

Diſcurſum de pace, & curâ religionis, iuriſdictione Imperatorum in Pontifices, libertate conſcientiarum, violentam Pontificum Romanenſium in Imperatorum & hominum conſcientias arrogantiam gnauiter & grauiter depingentem. Lipſiæ anno 1615. in 8.

Diſſertationem de iuriſdictione Imperatoris in Pontifices, &c. Geræ anno 1614. in 8.

Milletierrus, Gallus, Caluiniſta, Miniſter Charentonij, ſcripſiſſe audio

De ſucceſsione Romanorum Pontificum à S. Petro vſque ad Vrbanum VIII.

Moſes Pflagerus, Germanus, Lutheranus, edidit

De Antichriſto aduersùs Romanum Pontificem, in Poſtilla Euang. Dom. 25. poſt Trinitatem loc. 1. *pag.* 1060

N.

N*Icolaus Honigerus*, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

De Romanis Pontificibus. Baſileæ anno 1586. in 4.

Nicolaus de Morbais, edidit Gallicè

Supplicationem ad Imperatorem, Reges, Principes, Status, Reſpublicas, & Magiſtratus Chriſtianos de cauſis conuocandi Concilium Generale aduersùs Paulum V. Romanum Pontificem.

O.

O*Tho Korberius*, forſan *Cerberus*, Pabergenſis, Germanus, Lutheranus, edidit

Librum,

Librum, quòd Papa nullo iure teneatur, neque etiam per omnes ſanctiſſ. ſui corporis vires poßit, vel vnicam orationem dominicam verè, adeoque ex corde dicere. Prodiit anno 1539. in 4. Extat MS. in Bibliotheca Imperiali Viennæ in Auſtria.

Otho Gualperius, Germanus, Lutheranus, edidit

Orationem de Eccleſiæ auctoritate & poteſtate. Marpurgi anno 1591. apud Paulum Egenolphum.

P.

P*Acard*, Gallus, Caluiniſta, edidit Gallicè

Deſcriptionem Antichriſti. Geneuæ in 8.

Papatus Romanus, hoc eſt, Liber de origine, progreſſu, atque extinctione ipſius. Londini 1618. in 4. apud Ioannem Bellum, & Francofurti.

Parallela, ſiue memorabilia de vita & moribus Pontificum Romanorum exempla cum Ethnicorum Principum dictis, factiſque comparata, nunc aucta. Ambergæ anno 1610. in 8. apud Michaëlem Forſterum.

Paulus de la Scala, Comes Hunnorum, ſcripſit

De labyrintho Romani Antichriſti. Item

Epiſtolam ad Romanum Antichriſtum. Baſileæ in 4. apud Ioannem Oporinum.

Vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Florenſis Calabriæ, & Anſelmi Marſicani, ſuper ſtatum ſummorum Pontificum Romanæ Eccleſiæ, contra falſam cuiuſdam Pſeudo-Magi, quæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodijt, pſeudomagicam expoſitionem, indubitatam explanationem. Coloniæ anno 1570.

Petrus Aſilus, IC. Lutheranus, edidit

De Romani Pontificis tyrannide Commentarium. Francofurti anno 1594. in 8.

Petrus Caßiodorus, Eques, Anglus, ſcripſit

Epiſtolam de tyrannide Pontificis Romani in iura Regni & Eccleſiæ Anglicanæ anno Dom. 1250. Extat *tom.* 1. Monarchiæ Goldaſtinæ *à pag.* 11. *ad* 13.

Petrus Ioannes, Diœceſis Birauenſis, ſcripſit

Poſtillam